





*Q. D. B. V.*  
OBSERVATIONES IVRIS MISCELLAE  
QVARVM  
CAPVT TERTIVM  
*DE*  
**REGALI IVRE**  
**ERIGENDI TYPOGRAPHIAS**  
*PRAE SIDE*  
**GEORGIO FRIDERICO DEINLINO**  
I. V. ET PHILOS. D. PERILL. REIPVBL. NORIB.  
CONSIL. PAND. P. P. COLL. ICTORVM  
ASSESS. ORD. H. T. DECANO  
*DISQVISITIONI ERUDITORVM*  
*SUBMITTIT*  
AVCTOR RESPONDENS  
**CAROLVS GVLIELMVS SCHEVRL**  
DE DEFERSDORF.

---

ALTORF. D. X. IVNII A. O. R. MDCCXXXI.

---

TYPIS IOH. GEORGII MEYERI ACAD. TYPOGRAPHI.

DEUTSCHER DRUCKER UND VERLEGER  
GEORGIO FRANCICO DURNINO  
LA ET LINIO. D. MARIÆ REINHOLD NORI  
CONVENTU PARISIENSIS COPIA LIBORIANI  
ACADEMIAE OXFORDIANAE  
ADQUISITIONE LIBRARIAE  
EX LIBRIS OFICII PERSONARUM  
CAROLI QVATTA. VAS SCHERAKI  
DE DILEXIBORI  
MOLITOR. D. K. LAVINI. A.D. 1600.  
TYPOCRATORI  
ETIUSQ. JON. EXORDIUM METRI ALIAS TYPOCRATORI

## OBSERVATIONES IVRIS MISCELLAE.

## CAPVT TERTIVM

DE

REGALI IVRE ERIGENDI  
TYPOGRAPHIAS.

## §. I.



Rtem Typographicam inter ea inuenta merito referendam esse, quae generi humano maxime profuerunt, et quae, tanquam insignia beneficia, diuinitus communicata sunt, apud omnes fere mortales in confesso est, idemque probant encomia, apud uarii generis scriptores obvia.

Artis typographeae praeftatio.

Nullum certe inuentum maiori admiratione exceptum, digniori plausu comprobatum, alacriori animorum contentione excultum, praestantioribus Imperatorum, Regum ac Principum patrocinii, honoribus priuilegiisque amplificatum decoratumque fuit unquam. At uero nullum quoque inuentum aliud ab humanis mentibus excogitari potuisset, quod omnis generis felicitatibus undique promouendis magis accommodatum esset; et stupidus dicendus erit is, qui negare uellet, in inuentione huius artis, prorsus diuinae, praefidia illa collocanda esse, per quae non solum studia politioris humanitatis, sat diu interrupta et penè emortua, rursus excitarentur et reuiuiscerent; sed etiam per quae, quod pia ueneratione praedicandum, purioris doctrinae Christianae et sanctae religionis radii latissime ad omnes terrarum regiones spargerentur. Haec si quis grata mente considerat, nec alium, quam pium, honestum et ad solidas eruditionis ac sapientiae

Eiusdem Abusus  
non tollunt usum.

studia prouelienda accommodatum usum incomparabilis huius artis ob oculos sibi ponit, is sane facile obuiam ire poterit dubiis illis, quae a nonnullis, uarios abusus artis dolentibus, fuerunt opposita, et quae tanta ipsis uidebantur, ut tandem sibi persuaserint, in rem sacram et litterariam, ob grauissimos istos abusus, plus damni quam commodi et salutis redundasse, uid. MALLINCROT. deOrtu et Progress. Art. Typogr. c. ult. AHASV. FRITSCH. diss. de Abusibus Typograph. tollend. ibique citt. Abusus certe, qui nullam non comitari solet artem in se utilissimam, nec tollit usum unquam, nec ita comparatus esse potest, ut salutaribus Legibus Constitutionibusque, si quidem penitus tolli, restringi tamen refrenarique nequeat. Qua in re omne studium omnemque operam quoquis tempore collocarunt Summi in Imperio nostro Romano-Germanico Legislatores, testantibus id ubique Imperii Constitutionibus; in quibus, inter alia remedia eiusmodi abusibus et ultiis tollendis apta, hoc quoque salutare comprehenditur, ut erector typographiarum non promiscue omnibus, neque etiam promiscue in quibusuis locis, permissa esse debeat. Ita imprimis cauetur in R. I. de ao. 1570. §. Dieveyeil dann solches etc. 155. iuncta Ord. Polit. de ao. 1577. tit. 35. §. Vnd damit solchen allen etc. 6. Loca ista Constitutionum Imperial. eo notabiliora nobis semper uisa fuerunt, quo manifestius apparet, ex uerbis istorum textuum natam suisse controversiam iuris inter MEVIVM P. III. Decis. Sum. Trib. VVismariens. Decis. 169. et FRITSCH. diss. de Typographis c. 2. §. 5. super quaestione: An Magistratus inferior typographiam erigere possit? an uero potius Ius typographiae admittendas inter Regalia iura referendum sit; ita, ut, ab eiusmodi permissione, inferiores ciuitates plane excludi, et ad priuilegium petendum adstringi debeant? Proinde, cum praeterlapso anno, diuina faueniente gratia, in clarissimis Germaniae ciuitatibus, celeberrimisque bonarum artium emporiis secularis memoria praestantissimae artis typographicas, tribus abhinc seculis inuentas, solenni ritu, in-

ter communia gaudia et pia uota, celebraretur, atque certatim uiri eruditii, egregius scriptis editis, Deo gratias agerent, diuini beneficij laudes extollerent, et dulcissime patriae Germaniae gloriam inuentionis gratularentur; statim apud nos constituimus, symbolam quoque, licet manu paullo tardiori, heic conferre, et, quae de quaestione illa iuris nostra sit qualiscunque sententia, breuiter strictimque exponere. Suscepturn itaque sumus in sequentibus §§. defensionem sententiae FRITSCHIANAE, ui cuius erectio typographiarum in Germania post citatum Reces. de ao. 1570. ad Regalia iura merito refertur, exclusis ab hac facultate Magistratis inferioribus.

## §. II.

Ad statum controversiae rite formandum, non opus esse Regale Ius quid? remissum.  
existimamus prolixa explicatione, quid sub Regali iure intelligendum sit? Quotuplicia sint Regalia, Maiora sc. et Minora? An Regalia sint obieclum Superioritatis Territ. etc. de quibus aliisque huius generis subtilitatibus iuris publici latissime egerunt PFEFFING. in Vitriar. Illustrato T. III. L. III. tit. 15. HERTIVS in diff. de Superioritate Territor. Nobis sufficere potest, quod, quemadmodum omnes, qui immediate Imperatori et Imperio subsunt, etiam superioritate territoriali gaudent, ita et omnes ii, effectibus superiorit. territ. qui in iuribus Regalibus consistunt, tam maioribus, quam minoribus, quiete frui debeant, uid. Recess. Imper. Instrum. Pacis et Capitulationes, citatt. apud HERTIVM c. l. §. 8. Neque etiam opus erit, monere lectores, ut nos, de Regali Iure Erigendi Typographias locuturos, intelligent de eotantum tempore, ubi Imperator et Status Imperii, communi consensu, ius erigendi typographias ad illud fastigium Regalis cuiusdam iuris, extollere voluerunt, sc. de ao. 1570. Nam lumen concedimus, et fata ipsius huius artis inuentae facile edocent, quod, ab initio et per plures deinde annos, erectiones typographiarum priuatae hominum industriae et libero arbitrio corum,

ecorum, qui artis culturam et amplificationem promouere studuerunt, relictae fuerint, donec sensim libertas, diuulgandi quosvis libellos impressos, restricta, ad publicam censuram subeundam adstricta, et ipsa electio tandem typographiarum, per legem Imperii, dominis territorialibus priuatiue tributa erat; exclusis Magistratibus inferioribus; qui propterea hanc facultatem, tanquam Regale respicere, et intactam domino superiori relinquere debent. Id quod in sequentibus probabimus.

### §. III.

Fata exercitiae  
artis typ.

Ab initio omnes  
invitabantur ad  
excolendam ar-  
tem beneficis et  
privilegiis.

Antequam ipsum textum Recess. Imp. de ao. 1570. §. 155. producamus, nec inutile nec iniucundum erit, fata exercitii typographicae artis paullo altius repetere, ita, ut, si non perfecte concludentibus probationibus, probabilibus tamen conjecturis, erui possit, quid Imperatorem et Status, ad restringendum non solum liberum istud exercitium artis impressoriae, sed etiam ad constituendum Regale circa erigendas officinas typographicas, permouere potuerit. Nimirum, si ad incunabula huius artis oculos conuertimus, tantum abest, de futurisabus praecaendis unquam cogitatum fuisse, ut potius omnes et Imperatores et Principes honoribus, privilegiis, immunitatibus, et alijs beneficiis cumularent eos, qui priuatam operam excolendae huic arti in suis aedibus et officinis applicare uoluerunt. Liberum itaque erat cuiuis homini priuato et studium et sumatus impendere in imprimentis libris: Neque adeo tunc temporis opus fuisset, uel saltē de hac quaestione disputare: an aliquis Magistratus ciuitatis inferior posset recipere typographum, uel erigere typographiam? cum haec a mere priuato arbitrio dependent. Id quidem ex actis, monumentis et Annalibus Typographicis facile colligi potest, iam seculo decimo quinto, Imperatores et alios Summos Imperantes frequenter non solum uiros, prae aliis de cultura artis bene merentes, nobilitasse, atque ipsam artem, peculiaresque officinas insigniis, privilegiis et immu-

immunitatibus particularibus condecorasse; qua de re testantur Nobilitas SCHOTTIS data a Friderico Imp. Priuilegia SCHOFFERO, FAVSTO ET OPORINO concessa ab Imp. Maximiliano I. Ferdinand I. etc. munificentia FGGERORVM, et alia, de quibus late egerant citati apud AD. HENR. LACKMANN. in Annal. Typogr. cap. VII. sed etiam eosdem Summos Imperantes quibusdam personis, libris, officinis, immo interdum *Integris Societatis*<sup>Mox orta priuilegia impressoria.</sup> seu *Sodalitatibus*, talia *Priuilegia Impressoria* tribuisse, quibus securitas auctoritate publica praestabatur, ne opera, ab illis impressa, per alios inuidiosos typographos prelo subiicerentur damnos.

## §. IV.

Ad illustranda haec, quae modo diximus, uix nobis tempore possumus, quo minus adducamus duo notatu digna istorum temporum specimina publicae curae, ad reprimendam inuidiam et aemulationem in denuo excudeadis libris, aliorum iudicia iam impressis, accommodatae. Diximus *Primo, integris quoque Sodalitatibus* data fuisse saepius, in securitatem editorum, *Priuilegia Impressoria*. Et illustrissimum exemplum adducere possumus in Societate Litteraria, quam sub ipsum bonarum litterarum ortum, in Rhenano Tractu, in incrementum studii Historici et aliarum scientiarum, Lingg. Astronom. Musices, Poës. Antiquit. etc. sub Praesidio incomparabilis et Reuerendissimi Episcopi WORMatiensis, IOHANN. CAMERARI<sup>II</sup> DE DALBVRG, instituit CONRADVS CELTES, quamque promiscue uocant *Celticam* uel *Rhenanam*. Conferat, qui plura de celebratissima hac Societate scire cupit, uitam CONRADI CELTIS, ab illa ipsa Societate Litteraria Rhenana scriptam, et Carminibus Celtis praefixam. Argent. 1513. VOSSIVM de Histor. Lat. Lib. III. cap. 10. VOCKERODT. de Eruditor. Societat. P. II. B. GVNDLING. Observ. Select. de Conr. Celte, TENZEL. in Colloqu. Menstr. Ianuar. et Decembr. 1693. Haec Societas litteraria adeo exsurrexit, ut non solum excellentissimi in eam se contulerint uiri, u. g. IOH.

TRITHEMIVS, MARTINVS MELLENSTADIUS, EITEL WOLF A STEIN etc. sed etiam illa ipsa ab Imperatore Maximiliano et toto conuentu Imperii, singularia sua Prinilegia, et inter ea imprimis *Impressorium*, obtineret; qua de re testantur celebratissima ista opera HROSWITHAE. Ibi post dedicationem sue praefationem deprehenduntur epigrammata litterariae Sodalitatis, in Noriberg. Conuentu Principum et decretoriis Imperii diebus constit. in opera Hrosvythae clarissimae Virginis et Monialis Germaniae, et in fine libri legitur. „Finis Operum Hrosvythae clarissimae Virginis et Monialis Germaniae, gente Saxonica ortae, impress. Noribergae sub priuilegio Sodalitatis Celitiae a senatu Rhomani Imperii impetrat. Anno Quingentesimo primo supra Milesimum conf. TENZEL c. l. pag. 977. sqq. et mensl. Ian. p. 90. Alterum specimen suppeditat Ill. Auft. der Wochentlichen Häll. Anzeigen d. A. 1740. Part. XXI. p. 331 - 334. ubi agitur de Generali Superattendente per totum Imperium constituto, in uerbis: §. 2. sqq. Ich lese in altero Ao. 1490. bis 1518. gedruckten Büchern, dass der Kayser Maximilianus einen General-Superintendenten der Buchdrucker, durch das ganze Röm. Reich, bestellet. Dessen Bestallung ich wvol wünschte zu lesen, und, was solche für eine Wirkung gehabt, näher zu erfahren und einzusehen. Und ist dieses etwvas gar besonders, dass dieser Buchdrucker Superintendentur das Recht übergeben wvorden, denen Buchdruckern und Buchführern Priuzlegien, wvieder allen Nachdruck, bey vielen Marck Goldes Straffe, zu ertheilen. Dann also steht auf den ersten Blat der zu Straßburg Ao. 1496. in f. gedruckten Wercke, Predigen und andern theologischen Sachen: Iacobus OESLER I. V. Doctor per Imperium R. artis IMPRESSORIAE CENSOR et SUPERATTENDENS GENERALIS, praesentibus edicit et cauet: ne quis alius subscripto PRESSORE (so vviurd ieder Buchdrucker genannt) de mpto abbinc lapsu triennii OPVS hoc probe CASTIGATVM, SECUNDARIO uel imprimat, uel secundario impressum in imperii limitibus uenale praestet. Multa decem marcarum aurii, una cum huiusmodi librorum, SECUNDARIO impressorum

De Generali typ.  
in Imperio Super-  
attende.

forum CONFISCATIONE. datum ad 14. Kal. Febr. anno Chr. 1498.  
et postea saepius. Im Teutschen ist dieses noch ansführlicher, in  
Kaysersbergers Evangelien Auslegung zu Straßburg 1517. (scimus  
et nos, quod existent IOH. GEILERS von Keysersberg Ser-  
mones zu Straßburg im Jahr 1514 gedruckt, qui eandem censu-  
ram OESLERI germanice subiunctam habent) in folgenden Worten  
zu lesen: zu wissen sey mencklichen: durch nachgemelte Anzeigung,  
dass ich Iacob Oessler beyder Rechten Doctor, und wohlbaff zu  
Straßburg, als Röm. Kayserl. Mayestät unsers allernädigsten Her-  
ren, verordneter General Superattendent der Truckereyen im Heil.  
Reich dem ehrsamem Iohannes Grünigern Burgern und Buchdrucker zu  
Straßburg, Im Nahmen und von vvegen obgemelter Röm. Kei. Mayest.  
ein Privilegium und Freyheit geben hab. Also das ihm niemands,  
dieses Werck oder Buch in dreien Jahren, nechst nach einander volgent  
nachtrucken, oder, so dieser nachgetruckt würt, im Heil. Reich, feil  
haben oder verkauffen sol; bei verlieren desselbigen Nachtrucks, und  
darzu einer Pein, nehmlich zehn Marck lötigst Golds etc. Alles nach  
vermög und ynhalt brüſſicher Urkund, darüber begriffen, die ich  
auf Beger, zu besichtigen nit verhalten, und hiemit mengcklich  
vervvarnet haben wüll. conf. Allerneuste Nachricht von Iuristi-  
schen Büchern etc. IX. Theil p. 86.

## §. V.

At enim uero, quae hactenus proposita sunt, solummodo  
pertinent ad restringendas damnosas impressiones librorum, ab aliis  
typographis, in quibuscumque suis officinis, adeoque maxima ex  
parte priuatis, iam excusorum, den Schädlischen Nachdruck: Licet  
et illud inde concludendum sit, partim nec adeo generales et  
frequentes fuisse tunc temporis censuras Supperattendentis Genera-  
lis Imp. (sunt enim admodum rari libri subscriptionibus huius-  
modi poenallibus muniti) partim illam ipsam curam publicae cen-  
surae librorum, mox transisse inter Regalia Statuum et Dominorum  
territorialium, quod et bene animaduertit auct. ill. der Häll.

Dicta pertinent  
ad restringendum  
abusum des  
schädl. Nach-  
drucks,

Regalia Statuum  
et Dominorum  
territorialium

Ipsum Ius censuræ  
mox ad Regalia  
translit.

Anzei-

Anzeigen. §. 8. 9. 10. in uerbis : In dem Teutischen Reich aber ist diese Sache öfters auf die Reichstage , besonders in Religions Sachen gebracht und darauf entschieden wvorden , darüber man auch billig zu halten. Die Evangelische Fürsten aber halten Gesetz-mässig dafür : dass Sie und ihre Bediente wvissen und ermessen können und sollen , vwas vor Bücher in ihrem Lande zu dulden oder zu vervorfen und zu verbieten seyn mögten. Und vweil sie diese Sache , als ein zu guter Policey gehöriges Stücke ansehen : so erachten sie auch , dass es lediglich bey ihnen steke , vwelchen Büchern sie ein Priuilegium ( haec uero nostro iudicio , intelligenda erunt de priuilegiis , non per totum Imperium , sed tantummodo in cuiusvis Status Imperii territorio ualitatis ) ertheilen oder versagen wvollen . Proprius nunc ad scopum nostrum accedere debemus et monstrare , uel saltem conjectura aliqua assequi , qua ratione Imperator et Status Imperii inducti fuerint , ad tollendum alium abusum intuitu librorum , qui impia , iniuriosa , ad turbas excitandas apta , satyrica , uel alia reprobanda argumenta continent ; et quae fuerit occasio ad damnandas abolendasque prorsus typographias omnes priuatas , Winckeltruckereyen ; asserto iure erigendi et permittendi typographias solis territoriorum Dominis , in locis scilicet conuenientibus.

Alius abusus typ.  
promovit abolitionem  
totalem  
typ. priuatarum.

Scripta satyricas  
etc.

Iam ante Refor-  
mationem B.  
Lutheri fuerunt  
frequenter scripta,  
naevos status  
publici , religiosi  
et Literarii  
takantia.

### §. VI.

Qui ad illa tempora , quae proxime Reformationem B. Lutheri antecedunt , oculos animumque conuertit , facili negotio deprehendet , adeo turbulenta ea fuisse , ut hinc inde ingenia prodirent , quibus uel naevi Status Germaniae publici ; uel Hierarchia Summi Pontificis Rom. uel fastus , auaritia , desidia et ignorantia Clericorum , miseros Laicos opprimentium ; uel denique deploranda Germanicarum Scholarum conditio , maxime displicebant . Ex iisdem ingeniosis uaria scripta emanarunt et diuulgata sunt , diuerso saepe stylo , diuersa animorum constitutione , diuerso etiam scopo ac intentione , diuerso denique effectu . Alii scriptores miserum

rei

rei sacrae, publicae ac litterariae statum deplorabant, emendationem piis desideriis efflagitabant, eosque, a quorum manibus medela speranda erat, hortabantur: Alii rursus Pseudo-Politica principia, laruatam pietatem, tenebrasque ignorantiae, bene falso, peracri et satyrico calamo, perstringebant: Alii denique ineuctius, clamoribus, nimioque impetu uitia temporum allatrabant. Hi, si omnes pari animi moderatione laborassent, merito quidem publicae pacis defensores, ueritatis diuinae testes atque uindices, ac omnis humanitatis elegantiorumque scientiarum restauratores appellari deberent. Sed ita optimae causae saepe nocuit peruersa methodus medendi. Plus simplici uice hac de re conquestus est B. Lutherus, exemplum uid. apud SECKENDORFIVM in Historia Lutheranismi L. I. §. 79. ad a. 1529. Ibi inter alia improbabatur nimius feruor pro Lutheri causa, incomparabilis alias et immortali memoria digni Equitis et Poetae HVLDERICI HVTTENI; de quo SECKENDORFIVS dicit: *Seine Heftigkeit, die er (Hutten) in Schriften nicht nur; sondern auch vvo er konnte, mit bewaffneter Hand ausübt, hat der Religion nichts genützt, vvol aber geschadet etc.* Apposite et feliciter delabimur heic in Huttenum; quem omnes Norimbergenses digna ueneratione prosequi debent. Sicut enim B. Lutherus Norimbergam, Norimbergenses suos, et inter illos, maximis in puriore doctrinam Christianam restauratam meritis conspicuum CHRISTOPHORVM SCHEVRLIVM, Majorum nostrorum Decus, singulari amore complexus erat, uid. SECKENDORF. c. l. L. I. §. 44. L. II. §. 7. et 17. et Epistol. quas ex authographis nuper recensuit Magnif. SCHVVARZIVS: Ita et HVTTENVS patriam nostram, ciues nostros, et, inter illos, praecipue B. PIRKHEYMERVM, at quantum nomen! impense amauit, summisque laudibus extulit semper, uid. elegant. epistolam apud. IAC. BVRKARDVM in Comment. de Vita Hutteni, imprimis p. 11. Illustris hic HVTTENVS, prouti Annalium typographicorum scriptores docent, inter illos Equites sui temporis maxime eminebat, qui in arcibus suis frequentissime constitutas habebant et alebant typographias priuatas, conf. LACK- MANN. *Habuit, ad diuina Scripta sui ingenii, typographiam priuatam in arcibus.*

Querela B. Lutheri  
de nimio feruore  
suorum etiam  
amicorum.

In primis Illastr.  
Equitis VLRICI  
HVTTENI.

Singularia de hoc  
incomparabili  
Viro.

MANN. Annal. Typograph. c. 8. p. 31. Ex his typographiis priuatibus prodierunt uaria scripta, acerbiore calamo exarata, et ad mouendam bilem satis apta, in quo scriptionis genere admodum excellebat Huttenus. Audiamus specimina et testimonia. MALINKROT de Ortu et Progressu Artis Typograph. c. 15. p. 91. *Caeterum: in tantum, ait, haec imprimendi ars inuauit et dilatata est, ut priuati homines etiam proprios habuerint conductos subinde typographos, ac peculiaria atque priuata adornarent prela -- Nobilissimus Eques et Poeta Francus Huld.* Huttenus in gentilitia arce sua Stekelbergenſi, peculiarem exerceret officinam, ex qua exierunt criminosissimae illius Viri in Wirtenbergicum Ducem Orationes 1520. (sive potius 1519.) Celeb. IACOBVS BVRCKARDVS in Commentario de Hulderici Hurteni uita P. Prior. p. 236. scribit: *Tantum, quod ex castris Moguntiam redierat Huttenus, cedere praeterea coepit Dialogum cuius titulus: Trias Romana sive Vadiscus; quo ipse nihil uehementius, liberius nihil, usque ad illud tempus in Romanos Aurisugae editum existimauerat (in epistola ad Eobanum Hessum) in propugnaculo Stekelbergenſi sequenti anno perfectum, Sebāst. de Rotenhan Equit. Aurato ad fini dedicatum Idib. Febr. et cum aliis quatuor Dialogis coniunctim paulo post editum etc.* Idem BVRCKARDVS P. Post. p. 314: „*Priusquam de posthumis Huttenianis ingenii monumentis nonnihil addam, conjecturam adferendam censeo, qua ducor, plurima Hutteni nostri scripta, uiuo ipsa emissa, quibus locus, ubi typis exscripta sunt, appositus non est, in arcibus Stekelberk, Ebernburg, Landstein, esse impressa. In calce inueniuarum, contra Ulricum Wirt. Duc. nominatim memorat opus in Stekelbergk esse excusum ao. MDXIX. mens. Septembr. Magno deinde ad persuadendum momentu haec uerba esse possunt, quae in Dialogo ante commemorato, qui Hochſtratus Ouans nuncupatur, leguntur; Quum Hochſtratus confirmasset, id operam dare Romanenses, ut auctoritate Caesarea ipsam ac socios libris ubique excludendis Iudices praeſciant, ita, ut sine ipsorum suffragio, nihil prelis admitti deinceps queat; Lex, alter interlocutorum, respondet: „Vereor, ne Equites Germani*

„mani in suis arcibus, quas habent munitissimas, faciant excudi, Forsan habuerunt  
 „tum bonas litteras, tum nostrae tyrannidis criminationes : Em- et alii Equites,  
 „torem, si id fieret, saltem occultum, nihil desiderabunt ; et ma- Clero Romano  
 „iori tum odio nos grauabimur, qui sic uidemur, nostra uitia, odiofas.  
 „magis ut lateant, quam ut corrigantur, laborasse etc. Meditaba-  
 tur B. IO. C. ZEITNERVS Past. Altenth. Meletema de Typographiis  
 Priuatis, uti patet ex fin. praefationis Centur. Correct. Eruditio-  
 rum. 1716. 8vo. Inde certiora, etiam de typographiis eiusmodi  
 in Equitum arcibus tum institutis, expectabat orbis litteratus;  
 Verum praeitura mors Viri Clariss. spem omnem fefellit.

## §. VII.

Sed cui usui haec omnia ? in quem finem ? Respondemus : Eum Ab eo Tempore  
 in finem, ut pro illustratione argumenti in nostra diff. propositi, perit cogitatum  
 manifestum fiat, ab eo tempore in publicis Imperii Comitiis in Comitiis im-  
 serio cogitatum fuisse de tollendis uariis abusibus, ex Typogra- et, de tollendis  
 phiarum Priuatarum liberrima erectione et promiscuo exercitio, abusibus typogra-  
 phiarum.  
 in statum publicum et religiosum redundantibus. Ad has delibe-  
 rationes publicas promouendas, annon interdum, pro uirili sua  
 parte, contribuerint arcana artificia Cleri Romani ; qui scripta,  
 Heroico quidem spiritu et Christiana uirtute ornata, in se tam-  
 men innocentissima, mox ad turpem famosorum libellorum clas-  
 sem relegare, et per illa exsplendescensem Euangelicae ueritatis  
 lucem toruis oculis aspicere solebat ? nostrum nunc non est disqui-  
 rere. Sufficit, nimium utriusque partis Zelum, uti probabiliter  
 coniecturare licet, extorsisse quasi sensim sensimque poenalia ista  
 Mandata in LL. Imp. publicis obuia. In Codice harum LL. pri-  
 mum occurrit in R. I. Nor. de ao. 1524. (in quo tamen iam Rec. Imp. de  
 prouocatur ad praecedens Mandatum VVormat.) §. Als auch  
 vielgedachte 28. ibi: Darzu, dass eine jede Oberkeit bey ihren  
 Druckereyen und sonstigen allenthalben nothufrftig Einsehen haben sol-  
 len, damit Schmachschrift v. Gemahlde binfürter gantzlich abge-  
 than und nicht weiter ausgebreitet : Und dass fürer der Drucke-

ao. 1524.

rey halber , inhalt unsers mandats gehalten vverde. Ob aber jemand derhalben Beschwerung oder Verhinderung begegnet oder zuſtände , mag solches unsern Stadthalter und Regiment anzeigen , die haben von uns Befehl , vwie vvir ihnen auch biemit ernſtlich befehlen , den Anſuchenden Hülff und Rath mitzutheilen , darob zu halten , und daselbig unſer Mandat mit allem Fleiß zu exequiren . et seq. §. 29. Und iſt darauf Churfürſten , Fürſten und Ständen , und NB. ſonderlich denen , ſo hohe Schulen in ihren Fürſtentümern und Städten haben , geschrieben und beſchloſſen , durch ihre geleherte , erbare , erfahrne und verſtändige Räthe , einen Auszug aller neuer Lehrer und Bücher , vwas darinnen diſputirlich geſunden zu machen , und denselben uns , oder in unsren Abveſen , unsren Stadthalter , auch Churfürſten , Fürſten und Ständen , auf gemelde Versammlungen fürzubringen . In R. I. Spi-  
Rec. Imp. d. a.  
1529.

renſ. de ao. 1529. §. 9. haec habentur. Darzu ſollen und vvollem vvir auch Churfürſten , Fürſten , und Ständ des Reichs , mittlerzeit des conciliū , in allen Druckereyen , und bey allen Buchfürern , eines jeden Oberkeiten mit allen möglichen Fleiß Verſehung thun , daß vweiter nichts neues gedruckt , und ſonderlich Schmähſchriften vveder öffentlich oder heimlich Gedicht , gedruckt , zu kauffen feil getragen oder ausgelegt vverde ; ſondern vwas derhalben vweiter gedicht , gedruckt oder feil gehabt v wird , das ſoll zuvor von jeder Oberkeit durch dazu verordnete verſtändige Persohnen beſichtigt : Und ſo darinnen Mängel beſonden , daselbig zu drucken oder feil zu haben bey großer Straff nicht zugelassen , ſondern alſo ſtrenglich verbotten und gehalten , auch der Dichter , Drucker und Verkauffer , ſo ſolch Gebot verfahren , durch die Oberkeit , darunter ſie geſessen oder betreten , nach Gelegenheit geſtrafft vverden . Hoc Mandatum non ſolum repetitum ſed etiam amplificatum eſt in R. I. Auguft. de ao. 1530. §. Vnd nachdem 58. Amplificatio potiſſimum eo respicit 1) utius Censurae der Geiſtl. oder Weltl. Oberkeit ( i. e. Statibus Imperii f. eccles. f. Secularibus ) affer-  
tum ſit ; 2) daß des Druckers Nahmen und Zunahmen auch der  
Stadt

Rec. Imp. de  
ao. 1530.

Stadt , darinnen solches gedruckt , mit nähmlichen Worten  
 darinnen gesetzt ; 3) daß der Ubertreter an Leib und Gut ( i. e.  
 criminaliter ) gestrafft , 4) Dass gegen die Läsig befundene  
 Oberkeit ( i. e. Dominos territoriales : alias enim sequentia non  
 quadrarent ) sie vväre , vvo sie vvolle , von dem Kayserl. Fiscal  
 verfahren und die conuenable Bestrafung von Kayserl. Cammer  
 Gericht gesetzt und taxirt vverden solle . Iterum repetitum eius-  
 dem generis Mandatum legitur in R. I. Ratisb. de ao. 1541. Rec. Imp. d. 20.  
 §. ferner haben vvir befunden 40. Sed prolixius de tollendo  
 eiusmodi abusu aetum est in Ord. Polit. de ao. 1548. tit. von Ord. Pal. d. ao.  
 Schmäh-Schrifft, Gemählden und Gemächten. 34. Quem inte-  
 grum exscribere , nimis longum foret. Id uero singulariter de  
 hoc loco annotandum uenit , quod ibidem speciatim et nominatim  
 cautum legatur , ne quid imprimatur , so der Cathol. allge-  
 meinen Lehre , der Heil. Christl. Kirche ungemäss und vvieder-  
 vvertig , oder zur Unruhe und Weiterung Ursach geben könne , .  
 in quibus aliquid latere uidetur , quod supra adductam nostram  
 conjecturam aliquatenus confirmat. Generatim uero ex omnibus  
 haec adductis locis sequentes Observations colligimus : a) Observationes a)  
 Omnia fere haec de cetera poenalia promanasse occasione turbulentia loca.  
 status Religionis in Imperio R. G. et notatu digna esse uerba  
 R. I. de ao. 1524. §. 28. ibi : Die Ständ des Heil. Reichs , als  
 Schützer und Schirmer des Glaubens ; b) Vbique iam intelligi prae-  
 ludia futurorum decretorum , de penitus tollendis typographiis  
 priuatis , iam sat odiosis ; et de terminis , in quos includenda  
 sint typographiae publicae ; inde uerba : Oberkeit bey ihren  
 Druckereyen etc. c) Sat euidentis indicium adesse Regalis cuius-  
 dam iuris intuitu typographiarum ; quum eiusmodi causa ad  
 ipsum Regimentum imperii ablegata , specialis uero inspectionis  
 et censure dirigendae cura comissa fuerit Electoribus , Principi-  
 bus et Statibus , imprimis iis , die in ihren Fürstentümern und  
 Städten Universitäten haben. d) Mentionem der Gemählde ideo  
 semper admisceri , quoniam tunc temporis mos inualuit , satyrica  
 scripta

scripta eiusmodi figuris , ligno incisis , facetis interdum , interdum et spurcissimis , ornare uel quasi etc. in unius uel alterius partis controuertentis contumeliam : ej Ius Censurae constitue- dae , censoresque auctoritate debita muniendi , ad Regalia iam pertinuisse Statuum et Territorialium Dominorum ; tametsi animaduersio in transgressores inferioribus quoque Magistratibus relicta esse potuerit , modo forum , uel *commisso delicto* , uel *deprehensionis* , fundatum fuerat ; quod ex uerbis colligitur , Oberkeit darunter sie *gesessen* oder *betreten* ,

### §. VIII.

*Praecedentes Cou-*  
*nstitutiones Imperii*  
*nondum suffi-*  
*ciebant.*

*Textus Cardinalis*  
*Rec. Imp. d. a.*  
1570.

Omnia haec , quae tam diligenter cauebantur in Const. Imp. circa tollendos abusus typographiarum prorsus non sufficiebant , sed nouo consilio opus erat , nouoque decreto : Quod plenissime nunc deprehenditur , in textu huius diff. cardinali , nimirum in R. I. de ao. 1570. §. 154. usque ad §. 159. Quae in §. 154. 156. et proxime sequentibus §§. continentur , arctiora Mandata poenalia , contra omnis generis libellos seditionis satyricos etc. respiciunt ; de quibus iam in praecedentibus nobis actum est . Sed §. 155. proprie et immediate ad nostrum scopum pertinet ; quippe in quo nunc tandem ipsum *Regale Ius erigendi Typographias* expresse fundatum esse existimamus . Verba sic se habent : *Dievveil dann solche vermessne ungescheute Frechheit des lästerlichen Druckens , Mahlens , und Schmäberis um so vielmehr zu coerciren , und allenthalben abzustellen , haben vvir Uns mit gemeinen Ständen und den Abgesänden dahin verglichen ; darauf setzen ordnen und vvolen vvir , dass hinfübro im Röm. gantzen Reich Buchdruckereyen an keine andere Oerter dann in denen Städten , da Churfürsten und Fürsten ihr gevöhnliche Hoffhaltung haben , oder da Uniuersitates studiorum gehalten , oder in ansehnlichen Reichsstädten verstattet , aber sonst alle Winckel - Druckereyen stracks abgeschaffet uwerden sollen . Varias utilissimas obser-*  
*uationes*

uationes nobis praebet speciale hoc mandatum poenale. *Primo* Utiles Observa-  
tiones ex hoc  
textu collectas.  
*Obseru. I,*  
ex textu hoc apparet, publica Imperii Lege, omnes Typogra-  
phias Priuatas, haec tenus omnino toleratas, nunc et in perpe-  
tuum ex Romano-Germanico Imperio, prorsus proscriptas fuisse,  
*Alle Winckel - Druckereyen stracks abgeschafft werden sollen;*  
Adeo, ut ne illae quidem Typographiae pro aliis, quam pro pri-  
uatis, adeoque prohibitis, haberi debeant, quae forsitan erectae  
fuerunt, a ciuibus quibuscumque, qui artem istam, legitimis  
tirocinii depositis, didicerunt, et a Magistratu quodam ciuico  
in numerum ciuium alicuius urbis recepti sunt: Nondum enim  
sola ista receptio sufficeret, ut satisficeret reliquis in hoc §. praec-  
ise desideratis et requisitis; uti ex sequentibus constabit. Nec  
quis obliicere poterit cum specie alicuius fundamenti, deesse huic  
mandato prohibitiuo uiridem obseruantiam in Imperio, et Anna-  
les Typographicos passim docere, post annum 1570. usque  
ad nostram aetatem, hinc inde inuentas fuisse Typographias pri-  
uatas; quarum haud exiguum numerum exhibuit saepe laudatus  
LACKMANVS Annal. typogr. cap. VIII. Quodsi enim accuratius  
perlustramus omnia illa exempla haud difficulter deprehendemus,  
uel eiusmodi typographias non mereri nomen Typographiarum:  
uel specialissimas fuisse partes, ad alias Typographias Publicas iu-  
uandas in linguis exoticis et maxime orientalibus: vel Typo-  
graphias, ex rariorū typorum collectione priuata constantes,  
mox Typographiis Publicis iunctas fuisse: vel etiam Summorū  
Imperantium priuilegiis non penitus destitutas, deprehendi: vel  
denique non pertinere ad Germanicas Typographias Priuatas. Ex  
his diiudicari possunt Typographiae Priuatae. a) *Braheana*, cum  
Priuilegio Rudolphi II. b) *Wellejana*, cum Priuilegio R. Fride-  
rici II.) c) *Heueliana*, cum Priuilegio Casimiri R. d) *Laurentii Pau-  
lini*, cum Priu. R. Gust. Adolph. e) *Ioh. Honteri*, Hung. f) *Bouri-  
gnoniana Fanatica* g) *Hebraica* R. Manasse ben Israel h) *Erpenio-  
Elzeviriana*. i) *Walliana Vpsal.* k) *Wasmuthiana*. l) *Boyleana*  
Hibern. m) *Mülleriana*, Sinens. n) *Schmidmajeriana* in Biblioth.  
Altorf.

Altiorf. o) *Iablonskiana* Hebr. p) *Bashnysia* Orient. et reliquae Orientalium LL. ap. LACKMANNVM p. 68. 72. 73. etc. His itaque non obstantibus, tuto afferere possumus, uiridem fuisse obseruantiam in Germania adducti Recessus Imperii, intuitu omnium ab ao. 1570. priuatarum Typographiarum penitus prohibitarum der Winckeldruckereyen. Secundo ex eodem textu firmiter afferimus, Ius erigendi typographias omnino inter *Regalia Iura* referendum esse, Quoniam 1) id uoluit deliberata uoluntas Imperatoris et Statuum, *haben vvir Vns mit gemeinen Ständen verglichen: darauf sezen, ordnen und vvolken vvir etc.* 2) Quoniam id non potest competere inferiori Magistratui, quod superioritatem territorialem praecise supponit, nimirum *eležio eiusmodi loci*, qui, secundum Imperiale Constitutionem, erigendae Typographiae conueniens est, *Hoffhaltungen, Universitäten etc.* impossibile enim est, iudicium hac in parte esse posse apud ullum Magistratum inferiorem: Quod si forsitan in aliis locis, in hoc Rec. Imp. non expressis, deprehenduntur hodiendum typographiae, iudicamus, aut illas fuisse iam institutas et erectas ante hanc prouisionem Imperatoris et Statuum Imperii, adeoque conniuendo toleratas, uel ad normam redactas; aut, ob praegnantes rationes, Dominum territorialem permotum fuisse, ut in hoc uel illo loco exceptionem a regula statuat, et speciale priuilegium, in publicam utilitatem, concedendum esse credat. Adeo stricte enim manus ligatas fuisse Dominis territorialibus, per expresa loca in hoc Recessu, uix crediderimus: Sufficit, etiam eiusmodi Typographias earumque erectiones iustificari ex Regali Iure Status immediati et Domini territorialis, consequenter eas nihilominus *publicas esse, non priuatas.* 3) Quoniam censura per tot Recessus Imperii tanto studio, tantaque diligentia commendata, nunquam possit satis curari, nisi et haec ipsae censurarum erectiones pertinerent ad Regalia Dominorum territorialium, ac nisi primum incommodum tolleretur per ademptionem omnis facultatis, erigendi, priuata quacunque auctoritate, *Typographias*; asserta hac auctoritate soli Iuri Regali. Negan-

Obscr. II.

Negandum quidem non est , ex Bibliopolis promiscue consti-  
tuendis , etiam uarios abusus oriri , et incommoda uaria trans-  
ire posse in rempublicam ; uitium tamen primae concoctionis  
semper latebit in illimitata Typographiarum creatione; adeoque,  
si ex typographiis clandestinis , uel aliter legitimo modo non  
institutis , non exirent scripta pessimae notae, bibliopolae non  
haberent , quod diuenderent et euulgarent. Ita autem prin-  
cipiis obstandum est , ut malae sequelae euitentur. 4.) Quo-  
niam ipsi Status Imperii et Domini territoriales coram toto Im-  
perio respondere aliquando deberent , si causa aliqua et lis mo-  
ta fuerit a Fiscali Imperiali propter damnati argumenti in Ty-  
pographiis sui territorii impressa , prouti ex supra citatis Reces-  
sibus Imperii eluceat, uid. R. I. de a. 1530. §. Vnd nachdem  
durch die unordentliche Druckereyen §8. Proinde , si in ipso  
Dominos territoriales tandem imputatio culpe ac negligentiae  
propter impressionem illegitimam redundat ; impossibile esset ,  
ut particula huius iuris , secundum suam genuinam indolem nunc  
Regalis , erigendi pro lubitu Typographias , priuatis uel etiam in-  
ferioribus Magistratibus concedita uel relicta censeri queat.

## §. IX.

*Tertio ex haecenus dictis hanc in primis conclusionem for-  
mamus , quod , quemadmodum erexit Typographiarum inter  
ea lura Regalia referenda est , quae Dominis Territorialibus ,  
Imperatori et Imperio immediate subiectis , competunt , per ne-  
cessarium consequentiam fluere debeant , Nobiles Imperii im-  
mediatos , ui Superioritatis Territorialis ipsis omnino compe-  
tentis , et Legibus Imperii publicis assertae confirmataeque ,  
intuitu erigendarum typographiarum , eodem , quo Status Im-  
peri immediati gaudent , Iure Regali frui posse; uid. Capitula-  
tiones Caesareas passim : ibi : Fürsten und Stände , die un-  
mittelbare freye Reichs-Ritterschafft mit eingeschlossen  
etc. item : Wir sollen und wollen - den Ständten samt der  
Ritter-*

Obser. III.

Ritterſc afft ihre Regalien, Obrigkeitene - - Als erwahlter Röm. Käyfer handhaben, schüzen und schirmen etc. Inſtr. Pa-  
cis art. V. §. 28 X. ibi : *Liber et immediata Imperii Nobilitas, omniaque et singula eius membra - - idem Ius habeant, quod supra dictis Elektoribus, Principibus et Statib⁹ competit, nec in iis, sub quoconque praetextu, impediantur aut turbentur, turbati uero omnes omnino in integrum restituantur. etc.* conf. Dn. IOH. LAVR. SCHMID in diff. inaug. de Superioritate Ter-  
rit. Nobil. Imp. immed. aſſerta, Altorf. hab. 1708. Con-  
ſentit nobiscum hac in re FRITSCHIVS supra cit. loc. diff. de Typographis cap. II. §. 2. cuius tamen ratio adducta, cur Ius  
erigendi Typographias denegari non possit Comitibus et Ba-  
ronibus Imperii, ſcl. quia b̄i deterioris conditionis non debeant  
eſſe quam Ciuitates Imperiales; et quia illi etiam habeant ſua Con-  
ſistoria ſuosque Consiliarios, quibus inspectio et cura Typographi-  
arum tuto committi poſſat etc. non perfecte concludens uidetur.  
Nam in textu Cardinali nostro R. I. de a. 1570. ſola illa ratio  
non eſt adoptata, ſed potius reſpectus primarius habitus a) ad Regalis Iuriſ constitutionem, et b) ad loca, in quibus conue-  
nienter erigi poſſint et debeant Typographiae im gantzen Römi-  
ſchen Reich. Propterea prorsus non dubitamus, dictam Conſti-  
tutionem Imp. etiam Nobilitatem Immediatam in tantum ob-  
ligare, ut pro legitimo uſu huius Regalis caueat, ne Typogra-  
phia alio in loco erigatur, quam tali, in quo cautionibus Imperialibus commode ſatisfieri poſſit, u.g. ubi Congressus Eque-  
ſtris Ordiniſ publici, Cancellariae Equeſtres etc. inſtituuntur.  
*Quarto* non poſſumus non gaudere, quod paſſim in hiſce conſtitutionibus Imperialibus multum honoris et fiduciae tributum  
legatur Academiis, utpote quibus propagandarum bonarum ar-  
tium ac disciplinarum cura maxime concredata eſt; quae ex  
omni parte uix florere poſſunt sine commoda fruitione diuinæ  
iſtius artis Typographicæ; et quarum Doctořibus Publicis non  
deneganda eſt legitima illa praefumtio, quod optimum et ſalu-  
berri-

berimum iudicium ferre possint de cuiuscunque scripturae genere , et de argumentis librorum imprimendorum , ne quid scribatur uel publicetur , quod Rempublicam turbet , quod aduersetur religioni , quod sit contra bonos mores . Denique *Quinto* manifestum esse existimamus , per assertum hoc Ius Regale Statibus ac Dominis Territorialibus erigendi Typographias , ne minimum quidem praeiudicium fieri Reseruato Imperatoris (et tempore quo , prout nunc , proh dolor ! Imperiale Solum uacat , Potentissimorum S. R. I. Vicariorum) concedendi Implorantibus Priuilegia Impressoria , per totum Imperium ualitura , et propter summam , qua pollent auctoritatem , omni submissione suspicienda . Nam , praeter hoc , quod innumeras scripta prodeant , et per omnes regiones dispergantur ; quibus nec solet , nec uult peti priuilegium impressorium , iam supra ostensum est , eiusmodi priuilegia , non adeo ipsa argumenta scripti , uel propter qualitatem auctoris , uel propter censurae publicae accessionem iam satis probati ; sed fere unice interdictum de secundario et damno non imprimendis aliorum operibus , respicere . Exemplum priuilegii impressorii a Pontentiss. S. R. I. Vicariis Conringii Libris dati , occurrit in fronte editionis Tract. de Antiquitat. Academ. Helmst 4to , 1674 . His uerbis : *Cautum est interregni tempore priuilegiis Serenissimorum Pontentissimorumque S. R. I. Vicariorum Principum , ne quis libros Hermanni Conringii cura scriptos uel editos , citra eius Heredumque consensum , unquam uel imprimat uel impressos alibi diuendat ; poena delinquentibus dicta omnium eiusmodi librorum amissionis et solutionis decem Marcaram Auri.* Illud adhuc annotandum uenit , quod , quam in praecedenti- bus exposuimus , Constitutio Imper. de Regali erigendi Typographias Iure , repetita et extensa legatur in Ordinatione Politica de a. 1577 . tit. 35 . In isto quidem titulo omnes praecedentes cautiones Imperiales , circa Artis Typographicae legitimum exercitium , in unum quasi caput collectae apparent ; nec

Constit. de a.  
1570 repetita et  
extensa legatur in  
Ord. Polit. a.  
a. 1577. art. 35.

aliud quid singulare et ulteriori consideratione dignum ibidem deprehenditur, nisi quod in locis, ubi causae religionis mentio fieri debuit, uerba, diuersarum in Imperio toleratarum Religionum Statui magis attemperata, occurrant. Sic, cum in Ordin. Polit de a 1548. art. 34. §. Ferner setzen z. prohiberetur, ne quid imprimatur, so der Catholischen allgemeinen Lehr der H. Christl. Kirchen ungemäss und vriedervwärtig etc. nunc in Ord. Polit. de a. 1577. dict. tit. expressius dicitur, ut imprimatur, *vwas der Lebr der Christlichen Kirchen, desgleichen den aufgerichteten Reichs-Abscheiden gemäss, nicht aufrührisch oder schmählich etc.* Item: nichts so der Christlichen allgemeinen Lehr und zu Augspurg aufgerichteten Religion-Frieden ungemäss und vriedervwärtig.

## §. X.

Meius dissentit,

Nunc paucis dispiciamus, quid MEVIO dissentienti sit respondendum. Adducit autem is in Dec. 69. P. III. Octo rationes pro sua sententia; quibus deinde adhuc accedunt aliquot explicationes ubiores. Videamus omnes sigillatim. Dicit I.) Nullibi deprehendi, inter Regalia sue Ducalia Iura relatum esse Ius erigendi Typographias; adeoque, in praeiudicium aliorum et praesertim communis libertatis, ad politicam ordinationem ciuitati competentis, sine iure et consuetudine certa, illud eo referre, non esse congruum. II.) Constitutionem de 20. 1570, quae restringit erectiones Typographiarum ad certa loca, non ideo statim adimere ciuitatibus et inferioribus Magistratus facultatem erigendi Typographias, ita ut semper supponi debeat superiorum uenia. III.) Eandem Constitutionem Imperialem praeter arciorem inspectionem nihil peculiare tribuere arti Typographicae, sed eam adhuc referri *inter opificias*; si de his generatim libere disponit Magistratus inferior, etiam idem licere de Typographiis: IIII.) Valere argumentum: Si Constitutiones Imperii dant Magistratibus ordinariis facultatem

Ius ratio prima.

Secundas.

Tertiis.

Quartis.

appro-

*approbandi, iuramento adstringendi, etc. Typographos, sequitur, quod etiam dent iisdem facultatem recipiendi. Plus esse in approbatione quam in receptione. V.) Receptionem non esse ex Reseruatis Principum, sed competere Magistratibus, ui politicae administrationis; ui eiusdem, Magistratus quosuis recipere ciues, non prohibitos uel exceptos; tales non esse Typographos. Et hac occasione Meuius uult, ut distincte intelligentur uerba in Recessibus Imperii: *Ständ und Obrigkeit*; illud denotare *Status Imperii*; hoc, *Magistratus inferiores*. VI.) In Constit. de ao. 1570. imprimis §. Darum gebieten 159. Magistratibus locorum iniungi inspectionem, examen excudendorum, uisitationes etc. Ergo, iisdem non posse non esse relictam liberam receptionem Typographi (et haec Septima ratio fere eadem est cum IIIta) VII.) In eadem Constitut. Statibus et Magistratibus promiscue tribui officinas Typograph. Octaua. VIII.) Non inueniri Scriptorem Iuris-Publ. qui erectiones Typograph. ad Regalia retulerit. Deinde sequuntur explicationes Addit. etiam explicationes ulteriores. A) Stralsundi, Rostochii, Lüneburgi, Lipsiae, Magdeburgi, et alibi, non Academias solum, quibus ipsaemet utuntur, sed etiam Urbanum Magistratum recipere et sub sua iurisdictione habere Typographos. B) Stetinenses (quorum causam in hac Decisione defendit MEVIVS) pro se habere et possessionem et Consensum Principis; qui, cum taxas opificiorum a ciuitate confestas confirmasset, etiam permisit; statui Typographis mercedem. C) Vni uel alteri forsan concessa priuilegia non demere Ius Tertii. D) Alia opifica interdum capere priuilegia a Principibus; et tamen non statim dici posse, eorum erectionem generatim esse Iuris Regalis.*

## §. XI.

Ita MEVIVS rationes subduxit. Nos contra Ad I.) Omni- Meuius respon-  
no per Rec. Imp. de ao. 1570. Ius erigendi Typographias detur ad I.  
relatum est inter Regalia; quia congrui loci et ciuitatis ele-  
gio non potest non esse causa ad superioritatem territ. spe-

G 3

Gans.

Etans. Ergo et *Ius* adest , quod adimit facultatem talem inferiori Magistratui. Hic non potest allegare *praeiudicium* , quod sibi uel communi libertati in Politica administratione , per hanc ademtionem , inferatur : Nam gloria parendi ipsi relicita est , praesertim in iis , quae Status et Dominus territ ; (a quo tanquam a fonte suam tenet Magistraturam et Iurisdictionem) cum Imperatore et Statibus reliquis , communi consensu et publica Lege , ab inferiore Magistratu , tollendorum abusuum incapaci , dependere noluit ; sed , publicae utilitatis causa , ad Superioris curam expresse retulit. Ad II) Firma est illa conclusio : Si elecio locorum circumspelta in aliquo territorio , pro erigenda aliqua Typographia , iniuncta est in Lege publica ; sequitur illam non posse esse iuriunctam Magistratibus alicuius Ciuitatis Singularis , sed illi , qui omnibus ciuitatibus imperat , i. e. Domino territoriali. Nemo non intelligit omne iudicium Ciuici Magistratus in hac re esse admodum imperfectum et immaturum.

## Ad Secundam.

## Ad Tertiam.

Ad III) Verum quidem est , curam recipiendi opifices , qui artes in Collegio , iam per Principis auctoritatem approbato , uid. Comment. ad tit. de Colleg. et Corpor. profitentur , sine dubio esse apud Magistratum Ordinarium : Sed falsum est , nobilissimam , tot insigniis et privilegiis Caesar. et Princ. ornatam , at uero singulari circumspeditione exercendam , artem Typographicam , ad normam cuiusvis alias leuidensis et uilis opificii componendam uel diiudicandam esse. Falsum quoque est , arti huic in Const. Imp. praeter arctiorum inspectionem , nihil peculiare tribui. Certe illud aliud peculiare , quod insuper ipsi tribuitur , est illa ipsa *restricta libertas erigendi* , promise et in quoouis loco , officinas Typographicas. Nonne supra clarissime demonstrauimus , iam ante Rec. Imp. de ao. 1570. uariis Constitutionibus illud *peculiare Meorianum* , scilicet arctiorem inspectionem , satis et abunde tributum fuisse arti Typographicae ; Sed neutiquam illud sufficeret , immo nouo decreto , nouaque cautione opus fuisse ; atque

que haec consistebat in *restricta erectione Typographiarum* ad certa loca, et in relatione Iuris ad Regalia. Ad III) *Ad Quartam.* Falsissimum est, datam Magistratibus inferioribus facultatem *approbandi, iuramento adstringendi etc.* Typographos, praesupponere eo ipso facultatem recipiendi *Typographos*, uel, ut clarius loquamur, *erigendi Typographias*. Nam si Dominus tectorialis, secundum suam sibi priuatiue competentem facultatem, erectionem Typographiae *iam decreuit* in loco conueniente sui territorii, tunc reliqui actus iurisdictionales, u. g. exigendi iuramentum a nouo Typographo, nunc ciues; relationes in catastrum collectarum etc. tuto committi possunt Magistratui inferiori istius ciuitatis; At uero hic Officialis tunc non aliter agit, quam ex officio iurisdictionis, sibi a Domino territ. concredo et demandato; neutiquam uero ex iure Superiaritatis et Regali, ut ille, qui erigit Typographiam. Nescimus praeterea, quid MEVIVS; intelligat per istud uocabulum *approbationis*. Certe Dominus territ, erigens Typographiam in aliqua ciuitate, non opus habebit Magistratus illius loci et Officialis sui approbatione; Si uero de actu *approbationis*, ut Typographus in numerum Ciuium adoptetur, intelligendus esset MEVIVS, tunc negamus atque pernegamus, plus esse in hac *adoptione Typographi*, quam in *erectione Typographiae*. Ad V) Non solum manifestissime se *Ad Quintam.* ostendit petitio principii, sed etiam ipsa ratio non concludit; Quod enim a politica administratione, Magistratui a Domino territ. commissa, et certis suis limitibus inclusa, per expressam Legem Publicam est resectum; illud non competit amplius huic inferiori Magistratui, sed imposterum est ex Reservatis Principum. Non impeditur ille, *recipere ciues*, atque etiam eos, qui artem Typographicam didicerunt; sed prohibetur *erigere Typographiam*, et *recipere Typographos*, artem et officinam exercituros. Quae MEVIVS inspergit not. 5. de distinto significatu, *Ständ und Obrigkeit*, partim nimis confidenter afferunt.

afferuntur; quis enim nescit, per uocabulum Obrigkeit uel Oberkeit, designari Magistratum et superiorem et inferiorem; immo dari etiam distinctionem inter *Statum Imperii* propriè sic dictum, et *Dominum territoriale*: partim haec afferta MEVII possunt etiam admitti, in terminis tamen, ut aiunt, habili bus. Sane locus REC. IMP. de ao. 1570. §. 159. loquitur de *executione inspectionis, uisitationis, etc.* quis uero non uidet, haec omnia a Statibus Imp. et Dominis territ. in erectis, ipsorum auctoritate, Typographiis, ordinariis deinde locorum Magistratibus committi et posse et solere? Atque haec ipsa responsionis loco inseruire possunt ad VI) Inspectio, examen excudendorum, uisitationes, etc. praesupponunt iam legitimam i. e. Legibus Publicis conformem creationem Typographiae. Illa fuit ex effectu officii, Magistrati ordinario ciuitatis a Summo Imperante commissi; Haec nero, itemque suprema cura dirigendi censuram imprimendorum, sicut et forsitan ipsa culpa negligentiæ, ultimo loco resident in Domino territ. Ad VII) Credimus, haec rursus in terminis habili bus, sine formidine contradictionis, stare posse. Statibus et Dominis territ. tribuuntur Typographiae, quoad Regale ius erigendi et dirigendæ curæ, *inspectionis, censurae: etc.* Magistratibus Ordinariis uero loci tribuuntur, quoad subiectionem ciuicam officinae iam erectæ et Typographorum ibi laborantium. Et ita res ubique salua est. Ad VIII) Licet MEVIVS iterum nimia animi confusione locutus videatur: nullum Iuris publici Scriptorem hoc ius dandæ Typograph. ad Regalia retulisse; attamen faciliori negotio ex hoc dubio euadere possumus, si Meuianæ sententiae asseclas imploremus, ut illum monstrent Iuris publ. Scriptorem, qui, sine uitio insufficientis partium enumerationis, omnino Regalia, maiora et minora Dominis territ. quavis temporis periodo competentia, presse et nominatim recensuerit. Semper illa generali responsione quisque contentus esse debet: Illud ad Regalia pertinere, quod Magi-

Ad Sextam.

Ad Septimam.

Ad Octauam.

Respondetur  
etiam ad ulterio-  
res Explica-  
tiones Meuii,  
ad A.) et B.)

Ad C.)

Ad D.)

Magistratui ordinario et inferiori , qua tali , absque speciali concessione , priuilegio uel inuestitura , non competit ; et quod , uel explicite , uel implicite , inter effectus superioritatis territorialis numeratur . Quod ad explications ulteriores Meuianas attinet , ad A.) et B.) prolixo respondere , nunc superfluum esse arbitramur : MEVIVS enim , uti manifestum est , loquitur de actibus receptionis *Typographorum* et *exercendae iurisdictionis in officinas et Typographos* , quos sub se habent . Quae omnia iam supponunt praecedentem legitimam a Domino Territor. factam erectionem Typographiae . Iam intuitu Taxae , *Principis consensum* adhibitum fuisse , ipse , uel inuitus , fateri cogitur MEVIVS . Ad C.) notamus : regulam in thesi ueram esse ; sed negamus deinde , illum *Tertium* , cuius Ius quae situm , per priuilegium , uni uel alteri a Principe concessum , non debeat adimi , esse posse *Magistratum illius Principis inferiorem* . Hic enim potius obligatus est , ut submisse agnoscat , et sarta testaque conseruari studeat ea iura , quae ad Regalia sui Summi Imperantis per Leges Imperii publicas relata sunt . Denique ad D.) certo nobis persuademus , si quae opicia , etiam communis et uilis conditionis , interdum priuilegia a Principe capiunt , semper id fieri ideo , quia aut Magistratus inferioris potestas ad indulgenda talia Priuilegia plane non sufficiens , aut numerus opificum huius uel illius artis in ciuitate restrictus et determinatus fuerat . Proinde potius contra MEVIVM argumentamur : si in qualicunque levidensi opificio , quotiescumque aliquid Statutis et Consuetudinibus derogans suscipienda est , non sufficit iurisdictione ciuica ordinaria , sed ad priuilegia et Regalia Principis consulendum erit ; Sequitur , multo magis ad ea confugiendum esse , si de erectione Typographiae , artis , non nisi secundum Legum Imperii praescriptum et sub speciali auctoritate Domini territ. locis conuenientibus , exercendae , agitur .

Fritschius nobis:  
cum facit.

§. XII.

Plura, quae MEVIO dissentienti respondere possent, haud difficulter ex supra deductis colligenda erunt. De caetero gaudemus, nobiscum consentire AHASV. FRITSCHIVM; qui diss. de Typograph. C. II. §. 3. postquam MEVII rationes tantum in compendio recensuerat, ita scribit: „Quicquid autem sit, „longe tutius ac Reipublicae utilius esse uidetur, Magistrati-„bus Ciuitatum Prouincialium, libertatem recipiendi Typo-„graphos non competere, sed licentiam a Principe eos pe-„tere; qui prius inquirere debet, ex qua causa Typographicis „officina in hoc uel illo loco instituatur, et quomodo neces-„sitas censurae et inspectionis obseruari possit. Multitude „sane Typographiarum, Reipublicae plus nocet, quam pro-„dest. Secundum haec, officinae Typographicae in oppidu-„lis aliisque locis obscuris, conniuente Magistratu absque ulla „inspectionis cura erectae, haberi debent pro priuatis officinis, „als Winckeldruckereyen, adeoque improbandae et tollendas. „Conf. ciud. FRITSCH. discursus de Abus. Typogr.

Tollend. Sect. II. §. 3.

## T A X T V M.

### C O R O L A R I A.

- I. Clerici interdum iure foeminarum utuntur in Iure.
- II. Lex Romana, quae uidentur intra annum luctus nubentes infamia notaui, tuto in Germania recipi potuisse; Sed extensio ad uidentur maritos, omni iure iniusta esset.
- III. Non omnia Satyrica scripta Rebus publicis nocent.
- IV. In foris Germaniae distinctio tutorum, in testamentarios, legitimos et datus, uel nullum, uel saltē exiguum usum habet.
- V. Non semper in Iure quilibet praesumitur bonus.
- VI. Fideiussor, pro filiofamilias intercedens, non potest uti exceptione SCti, Maced.





00 A 6457.

ULB Halle

002 927 268

3





B.I.G.

Black

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

Q. D. B. V.  
OBSERVATIONES IVRIS MISCELLAE  
QVARVM  
CAPVT TERTIVM  
DE

# REGALI IVRE ERIGENDI TYPOGRAPHIAS

PRÆSIDE  
GEORGIO FRIDERICO DEINLINO  
I. V. ET PHILOS. D. PERILL. REIPVBL. NORIB.  
CONSIL. PAND. P. P. COLL. ICTORVM  
ASSESS. ORD. H. T. DECANO

DISQVISITIONI ERVDITORVM  
SUBMITTIT

AVCTOR RESPONDENS  
CAROLVS GVILIELMVS SCHEVRL  
DE DEFERSDORF.

---

ALTORF. D. X. IVNII A. O. R. MDCCXXXI.

---

TYPIS IOH. GEORGII MEYERI ACAD. TYPOGRAPHI.

